



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Benedictus Redivivus Hoc est: Benedictinj Ordinis  
Vetustissimi Amplissimique, Nostra, ac supera ætate  
Immarcescibilis Vigor, ac Viror**

**Bucelin, Gabriel**

**[Veldkirch], Anno Christi. M.DC.LXXIX.**

Iesu Christi Annus. M.DC.LXXIX. S. P. N. Benedicti. M.CXCIX.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38498**

## BENEDICTUS

912

*Eius pati-  
entia.* cordis plausu exceptit, quin & Aposto-  
lico Zelo, pro hostibus juratis Deum se-  
dulè orans, plurimumque laborans, &  
sudans pro conversione eorumdem a-  
pud Divinum Numen quam enixissi-  
mè institit, quin & pro Zelo promov-  
endi rigoris Monastici, pro commen-  
danda luo exemplo paupertatis & fru-  
galitatis studio multa perulit, & con-  
temni etiam à magnis, pro insigni sua  
animi demissione & modestia aquiflissi-  
mo animo sustinuit. Ita ut non sine  
singulari Numinis dispositione, & me-  
ritorum comprobatione in Festo San-  
cti Stephani, ex hoc mundo translatus  
videatur.

*Impatiens  
Leudam:* Uti autem patientissimus injuria-  
rum fuit, & contumeliarum, ita lau-  
dis & honoris impatientissimus, uti  
non uno, sed pluribus argumentis no-  
bis constitit, dū edoctus, me hoc ipsum  
Opus Ipsi inscribere statuisse, gratus si-  
fimè suis me conveniens litteris laudes  
omnes sollicitè est deprecatus rogans  
quam demississimè, ubicunq; mentio-  
nem Ejusdē facturus essem, prius com-  
municarem; spopondi, curaturum me,  
ne quovis modo offenderetur. Idq; im-  
pedimento fuit, quo minus in vitam &  
laudes Ejus acuratus inquirerem, quæ  
revera Volumen singulare, & quidem  
benè magnum mererentur.

JESU CHRISTI ANNUS. M. DC.LXXXIX.  
S. P. N. Benedicti. M. CXCIX.

*S. Gertru-  
da Redivi-  
ta.* **R**Ediviva cum maxima Virtutum  
operatione & beneficiorum ex-  
hibitione Magna illa & Mirabilis Ger-  
truda Saxonica, admirandis prorsus e-  
logijs, ab ipso Virginum Sponso, Vir-  
ginis celebrata filio, effervescente non  
minus per Hispanias, quam Gallias, &  
patriam Germaniam ejusdem summa Ve-  
neratione, & cultu, cum jam superio-  
ribus annis Urbani VIII. Successorum  
que Pontificum animos mirè accen-  
disset, hoc denique Anno Innocentiū  
XI. Pontificem Maximum Sanctissi-  
mumque permovit, ut Martyrologio  
Romano adscribi vellet, & juberet die  
17. Novembbris his ipsis formalibus ver-  
bis :

*Martyro-  
logio infe-  
renda.* In Germania Sancte GERTRUDIS  
Virginis Ordinis Sancti BENEDICTI,  
que dono revelationum clara exitiit.

Ita typis Romanæ Cameræ. Sacra  
Rituum Congregatio ad relationem.

Eminentissimi & Reverendissimi Do-  
mini Cardinalis Columnæ Instante P.  
Mag. Fr. Jldephonso de Mier Procura-  
tore Gen. Congregationis Hispaniarū  
ejusdem Ordinis censuit supradictum  
Elogium, ut jacet, S. GERTRUDIS, cuius  
festum celebratur die 17. Novembris  
ex Decreto ejusdem sacrae Congrega-  
tionis habitæ die 17. Junij 1673. appo-  
nendum, & describendum esse in Mar-  
tyrologio Romano, & ita decrevit die  
21. Januarij. 1679.

Celebratur hoc Festum incredibili  
animi fervore in Hispanijs, & Gallijs,  
Congregationibus Vallisolerana, Sancti  
Mauri, itemque SS. Vironi, & Hydul-  
phi, plurimis sacris altaribus in peculi-  
arem Ejusdem honorem splendide ex-  
structis, cujus felicissimæ mortis admi-  
randam prorsus gratiam cum morte  
luctantibus quotidiana Commemora-  
tione recolentibus plurimum profu-  
ram in agone illo ipsa promisit, & sin-  
gulare illud beneficium ab amantissi-  
mo Sponso promeruit, qui in tancæ  
Sponia fuæ gratiam, nihil posse peten-  
tibus denegare satis aperte declaravit,  
dum à Venerabilis Sacramenti refugio  
ad cor Gertrudis peculiari devotione  
familum amicissimum remisit; in Sac-  
ramento altaris, sive corde Gertrudi-  
dis me invenies. Ut merito de tanta  
tuerari & ordo universus & Germania  
in primis patria plurimum sibi possint,  
& debeat polliceri, & exspectare.

Eodem anno 1679. Mirificum sane  
BENEDICTI REDIVIVI exemplar Patri  
suo verè Admirabili in celis adjungit  
Vinculis carnis die undecima Apri-  
lis absolutorus Reverendissimus Domini-  
nus Joannes Baptista à Brixia Mon-  
achus olim, & Decanus Monasterij san-  
ctorum Faustini & Jovitæ patronorum  
Brixiensium Congregationis Casinen-  
sis postea Abbas Castro Casinensis, vir  
per omnia magnus, & admirabilis om-  
ni virtutum maximarum ornatus cul-  
tissimus, qui postea missus in Lithuania-  
am, & Neivisiensis Abbas creatus, re-  
gionibus frigidissimis suo fervore &  
splendore plurimum profuit, de quo  
oculatus testis Polonus litteris ad me  
dati, quem ego scribit, cum alijs praeten-  
tibus, vidipuerum morientem revocasse ad  
vitam. Ipsum Brixiae etiamnum de-  
gentem religiosissimi quivis ut sanctū  
respexere, & venerati sunt, dum quan-  
tum.

Festum  
merito ce-  
lebran-  
dam.

numeunque ipse latere cuperet, eximio virtutu fulgore proderetur. Aſſervantur usque hodie pro ſacrarum reliquiarum theſauro, veſtimenta ejus Brixie in professionis ejusdem Cœnobio, in quo, totaque Urbe, & provincia celebris admodum ejus eſt memoria. Cujuſ vitæ & geſta prolixius, & acuratius deſcripta necedum accopimus, & inhibemus inspectamus.

Claudit hunc annum, imo opus hoc BENEDICTI REDIVIVI universum, & felicissimè coronat Congregationoſtra Anglica, ſive potius Angelica, verè generoſiſſima, & vita pro afferenda fide catholica, & propaganda, vita inquam generoſiſſimè, cū omni ſanguine prodiſa, tribus prodigioſa generoſitatis alumnis, ac Profelionis Apostolica He-roibus, pro tanta pietate Martyrij lau-reola donatiſ, & Archiparenti ſuo BE-NEDICTO in perenni gloriā adjunctis, quorum primus eſt Fratē Thomas Pit-kerum Laicus ex eorum Numero, quos vulgo Conversos vocamus: Hic post capitalem datam ſententiā, in carce-re defunctus eſt. Hunt non multo poſt ſequutus eſt R. P. Placidus Adelheim, Reginæ à ſacrificijs, in odium Reginæ, & Unicae ſalvantis fidei ob celebratum Romano more miſſæ ſacrificium, publicè interfectus. Tertium locum ob-tinet P. Laurentius Appleton, Catho-licæ Religionis odio (et ſi conſpiratio-nis in Regem falſiſſimè confictis titulo & ſpecie) extremitis ſupplicijs addictus,

Atque utrinam Regno huic infandis Haeresim ſectis, & infamis ad omniem aeternitatem Parricidij Regij duplicitis, innumerabiliumque caedium reo, in-nocentiſſimiſ, & ultroneis pro Regis, & patriæ ſalute profuſi generoſiſſimi ſanguinis oblatio apud optimum nu-men in holocaustum proficiat, Deuſque propitiatus gentem olim feliciflammam, nunc miſerrimā, & mutuis cæ-dibus efferatam, ad Unitatem deſerta-pridem, avitæ fidei gratioſiſſimè re-vocare dignetur. Quorum glorioſa Certamina, innumeratos alios, in fidei Conſtantia animarunt, plurimos ad ſa-niora conſilia traxerunt, & ſanguis, furnuſque incenſorū Viſcerum, ille terrā beatificans, hic glorioſiſſimo ſua-vitatis odore cœlum universum recre-ans, immerito licet Regno innumeris

ſectis prægnantiſſimo, idcoque omni Confuſione, & diſcordia pleniflamo gratiam conciliare apud Altiflimum nunquam intermitit.

IESU CHRISTI ANNUS. M.DC.LXXX.

S. P. Benedic̄t. M. CC.

**T**alia, qualia hucusque retulimus, & vidimus, & his multo plura, ac majora ad praefentem uſque annum. Italia, Gallia, Hispania, Anglia, & A-  
Iperrima ccelo Polonia, nec multo mo-  
deratior Germania noſtra BENEDICTI  
Redivivi protulit exempla, & miracu-  
la, cuius poſtemq[ue] quotquot ferè in-  
tueberis cœnobia, fatearis neceſſe eſt,  
digna admiratione, adeo exulta non  
ſolūm ædificijs, ſed viris, non minuſ  
religione, quām eruditione ſpectatiffi-  
mis, pia emulatione, laudabili concer-  
tatione inter ſe contendentibus, utri  
alteros, cultus diuini Magnificentia,  
regulari obſervantia, & litterarum, ali-  
orumque ſtudiorum experientia, &  
ſcientia antevertant, quo fit, ut à multis  
ſacculis inter ſe comparata, illa eſti an-  
teriora tempore, multis tamē & ſplen-  
doris, & gloria titulis poſt ſe relin-  
quant, atque in multis Sanctiſſimus Pa-  
triarcha planè Redivivus, in pluribus  
revivisces, & quotidie in magnā ado-  
lefſens gratiam, nemini non appareat,  
duummodo tam sanctos, quām religio-  
ſos conatus, tam atrocia, atque diutur-  
na inter Christianos principes bella,  
non ſiſterent, & interturbarent. Et re-  
vera ſi, uti hucusque plerosque præ-  
latorum, & Aſcetarum mortuos, jam-  
que immortales celebravimus, ſuper-  
ſtites modo celebrare ſatageremus, ex-  
curreret pro rorſus in immensum opus,  
et ſi digniſſimum aeternitate, Viſorum  
tamen quanto meritis auctiorum, tan-  
to majorum animi demiſſione, oculis,  
auribus, animo intolerabile, quorum  
sanctiſſimo, & reverendiffimo rubori  
parcimus, ne quotum benedictionem  
enixè rogamus, indignationem incur-  
ramus: monemus tamē, nostri emuloſ  
ſtudij, & intento in tales dīgiſo, clan-  
deſtinè innuimus, facere cum tempore,  
quod nos inviti prætermittimus,  
& Numini commendāmus, veriti eti-  
am, ne infirmioribus ſcandalō ſimus,  
& ne blandiri cuipiam, & favorēm au-  
cupari videamur. Dum haec claude-  
T t remus;

Germania  
Cœnobio-  
rum ſplend-  
dit.

Vere Ben-  
dictus Re-  
diximus

Praleato-  
rum laude-  
rit.

Minime  
offendendi.